



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Pvnct. V. De contractu puro quousque obligationem inducat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

existentibus adaptatur, at subiecta materia nos cogit de solis filiis, seu nepotibus extra patriam potestatem existentibus explicemus, ne iuris communis correctio in casu non manifesto inducatur. Penam iure communi statutum est, ne possit filiusfamilias circa bona, quorum pari competere iusfructus & administratio alicui contractu alienationis seu obligationis iniuri. Cui iuri predicta lege non est manifeste derogatum, nisi intelligi possit de filiis qui sunt sui iuris. Qui tam in eis viuos quam in vltima voluntate possunt de rebus bonorum suorum parte disponere. Neque ex illa leg. 6. inferatur filiusfamilias in vltima voluntate disponere de rebus posse, id enim habetur ex leg. 5. antecedenti, in qua via testamenti hac dispositio filiusfamilias permilla est. Cum ergo ibi nullum de contractu inter viuos verbum factum sit, efficitur quoad contractus, filiosfamilias ius commune feruare debere.

PUNCTUM V.

De contractu puro, quousque obligationem inducat.

- 1 De omnibus contractibus sigillatim dicitur.
- 2 Contractus purus obligationem parit, ex illoque debitum peti confestim potest.
- 3 Aliquid dies a iudice solutioni praestanda designatur miserationis causa.
- 4 In foro conscientiae quoties certius debitum non petit cum facile possit dilationi consentire.
- 5 Examina ut in omnibus contractibus causa intervenire debeat.
- 6 Deciditur nullum contrarium prae promissionem, et stipulationem causam a se distinctam postulare.
- 7 Explicatur causa stipulationi apponenda.
- 8 Ex eo quod non fuerit stipulationi causa apposta non est inferendum liberali donationi nisi.
- 9 Admittitur probatio per creditorem quod causa intervenit, et quae probatio.
- 10 Ad causam voluntariam referuntur promissiones conditionales, et reciprocae.
- 11 Non obstant leges nostrae regni.
- 12 Explicatur qualiter contractui puro obstat obligationum multiplicitas.
- 13 Expenditur quo pacto sub eadem forma plures contractus contineantur.
- 14 Actio, et obligatio contractus pari transiit ad heredes.
- 15 Ex dictis taxativa consensu plures heredes non esse exclusos.
- 16 Verius est oppositum.
- 17 Supradicta intelliguntur de actione, et obligatione transmissibilibus ad heredes.

Explicata natura contractus, eius diuisione, & efficiente causa obsequium est ut eius qualitates inuestigemus quae variae sunt pro varietate contractuum. Nam cum contractus alius sit purus, alius in diem, alius sub conditione, alius sub modo, alius sub causa, alius alternatiuus, alius annalis, de omnibus sigillatim est dicendum, & primo de contractu pure celebrato.

Contractus purus est qui nulla apposta conditione, modo vel causa, nec assignato die instituitur. Vt aduertit ex communi Anton Gomez. 2. 2. vniuers. resolutio. cap. 11. numer. 1. Molina tractat. 2. disputat. 2. 0. 2. disputat. 2. 4. in princip. partique ab ipso sui exordio obligationem in contrahentibus, ideoque confestim peti debitum potest, ut est regula iuris. 1. 4. de Regal. iuris in 6. Ibi in omnibus obligationibus in quibus dies non ponitur praesenti die debetur. Et deciditur. leg. cum qui calendis. 5. quoties ff. de verborum obligation. leg. eedere diem. ff. de verborum signification. leg. cum sine praesentione. ff. quando dies legati cedat. et §. omnis. in fin. de verborum obligationibus. et leg. regia. 12. tit. 11. par. 5.

Verum esto debitum confestim peti possit, ut tamen commodè debitor soluat designatur a iudice miserationis causa tempus intra quod solutionem praestare debeat. iuxta leg. promissor. §. 1. ff. de constituta pecunia. leg. raticum. leg. quod dicimus. ff. de solutionibus. leg. si debitori. ff. de iudicis. et leg. debitoribus. ff. de re iudicata. & aliis, & aduertit Glossa in dicto §. omnis. Anton. Gomez. dicto capite. 1. numer. 1. Layman lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 4. cap. 4. numer. 1. Hoc autem tempus decem diuerum est pro constituto contractu iuxta leg. promissor. §. 1. ff. de constituta pecunia. Pro aliis vero contractibus, & obligationibus, iudicis arbitrio remittitur, spectata qualitate debitoris, & debiti. Sicut colligitur ex leg. quod dicimus. ff. de solutionibus. §. fin. in fin. de iniuriis. stipular. et leg. regia. 13. tit. 11. par. 5. et resolutur ex communi Ant. Gom. supra.

In foro autem conscientiae quoties creditor debitum non petit cum facile possit dilationi solutionis consentire praesumitur, secus si ob timorem etiam reuerentiae, pudorem, debiti obligationem, aliamque causam petitionem omittat. Sicut docet Glossa,

in leg. debitores praesentes. verbo, conueniendi Cod. de pignori. per textum ibi. Angel. verbo. Angel. verbo. ibi. q. 1. Syluest. ibi. q. 1. Navarra. cap. 17. numer. 79. Sauch. alius. relati. lib. 1. de sponsalibus. disp. 2. 2. 8. numer. 2.

Notante dixi contractum purum esse qui nulla apposta conditione, modo aut causa, nec designato die instituitur, nam si aliter ex his qualitatibus adit non contractus purus sed in diem vel sub conditione, modo aut causa pure celebratus est. Sed difficultate non caret quo pacto contractus his qualitatibus destitutus obligationem inducat quatio solum est de contractu ab eo quae causatur quod videatur nullum ab eo quae celebrari posse. Nam si sine contractu oneroso, onus lubeundum causa est, si sine iustitiam causam non postulant, cum gratia, & liberalitati donans intendit. ex leg. si quis argentum. §. fin. Cod. de Donationibus. & ibi Glossa Praeterquam quod iure nostro regio. leg. 4. tit. 8. lib. 3. ordinem. quae est lex 2. tit. 16. lib. 5. noua collect. ex eo tantum quod quis se voluisse obligare constituitur obligatio, inducitur ergo sola voluntas se obligandi tenetur sufficiens causa obligationis Nullus igitur contractus esse potest ab eo quae causa. E contra vero est Textus in leg. 2. §. circa. ff. de deli. excep. ubi inter Consultus. si quis sine causa ab aliquo fuerit stipulatus, dicitur de ex ea stipulatione experietur, exceptio oritur doli mali si vocabit. contentio. lex. 1. §. 1. ff. de pollicitat. et ibi leg. iuris gentium. §. sed cum nulla ff. de Pactis. & alii consensu ab Anton. Gomez. dicto cap. 11. numer. 3. Gutierrez. de iuram. 1. p. cap. 47. initio.

Qua in re dicendum est nullum contractum praeter contractum promissionis, seu stipulationis causam a se distinctam postulare ut sumus sit, sed ipsamet forma contractus est sufficientis illius causae, ut bene considerauit relato Bald. in leg. omnia. numer. 7. Cod. de confessio. Anton. Gomez. dicto capite 11. numer. 3. Et enim emptio, venditio, depositum, hypotheca, commodatium, mutuum, & similia optimè in suo esse perficiuntur, quoniam aliqua causa extrinseca eis apponitur. Quapropter solus contractus promissionis, seu stipulationis causam exigit. Qui si nulla apposta causa celebretur esto merito iure valeat & tenet & actionem producat, & obligationem tum naturalem, tum ciuilem, exceptione doli mali elidi potest, ut constat ex dicto leg. 2. et alii Tertio alioque §. 1. & merito id statutum est; nam cum stipulatio fieri possit ex causa iusta, vel iniusta, refert maxime causam exprimit, ut inde eius obligatio colligatur.

Hac igitur, causa stipulationi apponenda alia est de se obligatoria, ut si promittere pecuniam, ut debito emptio, venditionis, mutui, societatis alteriusque contractus satisfacere. Aliter est remuneratoria, ut si ob obsequia praestata promissio fiet. Alia est voluntaria quae gratiam refert, & liberalitati promittentis nititur. Vt igitur stipulatio firma sit, nec possit exceptione doli mali rescindi debet aliqua ex praedictis causis ei apponi, que saltem ex circumstantiis colligi a contrahentibus apponiam esse. Vt aduertit Paul. Castrensis in leg. raticum. ff. de verborum obligationibus. per textum ibi. Non tamen est opus ipsam probare causam, ut stipulatio firma sit. Satis enim est si ab stipulante exprimat, ut colligitur ex leg. generaliter. Cod. de non numerata pecunia. & tradit Glossa in dicta leg. 2. §. circa. ff. de deli. mali excep. et cap. 5. cautio de fide instrumentum.

Neque ex eo quod stipulationi nulla causa apponatur iustitiam debet voluntati liberali nisi, cum possit ex alia causa stipulatio moueri, sed oportet ut ex circumstantiis colligatur, nulla alii causa ad stipulandum ductum esse, alioquin exceptione doli elidi poterit, ut probat lex cum de in libit. §. fin. ff. de pignori. & tradit communiter Doctores in dicta lege a Tit. et cap. 5. cautio de fide instrumentum. teste Anton. Gomez. numer. 4. Ioann. Gutierrez. de iuram. confirm. 1. p. cap. 47. numer. 1. et 7.

Admittitur autem probatio per creditorem quod causa in contractu interuenit: ut docet Glossa. leg. generaliter. verbo. cum que Cod. de non numerata pecunia. & ibi Bald. col. penult. Gregor. Lopez in leg. fin. tit. 13. part. 3. verbo. si aliam rem. Ioann. Gutierrez. de iuram. cap. 47. numer. 6. colligitur quae ex leg. cum de in debita. §. fin. ff. de probationibus ubi debitor esse ostenderit. Ad cuius probationem sufficit probare in donatio, cessatio, seu mandataria merita praesentibus ob qua prouideret dicta donatio, cessio, vel mandatum fieri possit argum. de si vero non veniant uerandi §. Papinianus. ff. mandati. et leg. raticum. ff. de donationibus inter viuos. et leg. quae a doris ff. soluto matrimonio. & tradit Tiraquel. leg. si inquam. verbo. donatione largitus. numer. 56. Cod. de donationibus. reuocandis. Ioann. Gutierrez. de iuram. cap. 47. numer. 33. Item si probet donationem factam esse in fuitorem causa pia, qua causa pia pro causa habetur. Vt cum Abbate, & Felino in cap. 5. cautio de fide instrumentum. et ibi Tiraquel. de privilegii causa pia. privileg. 109. Ioann. Gutierrez. dicto cap. 47. numer. 1.

Ad causam voluntariam referri debent promissiones conditionales, et reciprocae, esto nullius sint commodi promittentium tamen enim gratia, & liberalitati, ideoque sola voluntatis actione comenta sunt. Vt colligitur ex lege a Tertio. ff. de verborum obligationibus, & ibi Arden. Alexand. Iason. Felino. cap. 5.

cap. si caucio de fe lo inst rurnator. & alii quos refert, & sequitur Anton. Gomez. 2. resolut. cap. 11. num. 3. & 4. plures referens Gutierrez. de iuram. cap. 47. num. 9.

Supradictis non derogat nostri regni constitutio, neque enim apparet promittentem abique causa se voluisse firmiter obligari, sed solum obligari iuxta naturam actus, & dispositionem iuris. Cum igitur iure cautum sit, promissionem sine causa obligationem inducere infirmam, quae exceptione doli mali eligi potest, nostri regni constitutio hanc dispositionem non immutat. Solum enim intendit solemnitate verborum iure civili pro contractu stipulationis inducendam tollere, & simpliciter promissionem concedere, non autem obligationem superaddere. Vt bene comprobatur Anton. Gomez. dicto capite. 11. numer. 1. Matienzo. leg. 2. Gloss. 1. num. 8. tit. 16. lib. 5. compilar. Ioanni. Gutierrez. de iuram. 1. p. cap. 47. num. 4.

12 Duplex superest difficultas. An contractui puro obstat obligationum multiplicitas? Breuiter respondeo, si nomine contractus puri simplex & vnicus intelligitur manifestum est, multipliciter obligationum obstat. Nam cum obligatio contractum constituat, vel illius sit intima affectio, multiplicata obligatione contractum multiplicari necesse est. At si nomine puri contractus intelligatur (vt intelligi debet) qui nulla apposita conditione, demonstratione, modo & causa celebratus est: puro contractui nullatenus obstat obligationum multiplicitas, sed quod fuerint obligationes, tot erunt censendi contractus. Contingit autem saepe sub vna forma, & indiuisibili forma physica stipulationis, emptionis, depositi, commodati plures contractus, & obligationes contineri. Si enim plures res diuersas leges, stipuleris, deponas, accommodes diuersoque pretio emas, plures celebras contractus, & distinctas obligationes suscipis iuxta rerum distinctionem. Vt conuincat ex leg. scire debemus legitima. §. fin. leg. vbi autem non apparet. §. penult. leg. quod dicitur. 1. ff. de verborum obligationibus. leg. quia dicitur. ff. de euersionibus. & §. quoribus instituitur. de ius illius stipulationibus. Nam licet stipulatio, emptio, & venditio quoad verba vnica sit, virtute est multiplex, & moraliter diuiditur, & partitur secundum sui obiecti diuisionem. Quae ratio si sub vnica clausula plures res diuersas Titio leges, pura legata constituitur. leg. si ex vero. §. fin. ff. de legatis. 1. Quorum vniam poterit Titius acceptare alio repulso, quod secus esset si vniam esset legatum, vt deciditur leg. 2. & §. leg. ff. de legat. 2. Sicuti si sub vna scriptura plura testamenta, vel contractus comprehendas, omnia illa solemnizabis at si cuilibet contractui & testamento sua scriptura apponere vt colligitur in dicta lege scire debemus. ff. de verborum obligationibus. leg. o quod multis. Cod. si eorum petatur. Et idem est cum tutor suam auctoritatem interponit pluribus causis diuersis. leg. accipimus. ff. de auctoritate tutorum. Et procurator comparat pro pluribus Dominis, & Superior pro rebus diuersis licentiam vnico verbo concedit, & tandem iudex vnica prolatione plures res diuersas iudicat, vt praxi compertum est.

13 Refert vero maxime agnoscere, an plures, an vnicus contractus sub eadem forma contineatur? Nam vt inquit Anton. Gomez. dicto capite. 11. numer. 15. Si plures sint contractus & gabella ex quolibet contractu debeatur plures gabellae debeant. Secus si vnicus tantum contractus sit, Item si plures res vnico pretio in emphyteusium emas, & vniam ex illis rebus indebit alienes, omnibus priuatis, quia ratione vnitas pretij vnicus est contractus. Secus esset si diuerso pretio emphyteusium constituta esset.

Deinde in venditione plurimum rerum, si vnico pretio venditio celebratur, non poteris aduersus vniam rem rehibitoriam actionem intentare, & non aduersus omnes, secus si diuerso pretio venditio facta esset. Ad idem est, si venderes plures res diuersas cum pacto de retro vendendo vnico pretio, nequires vniam sine alia redimere, quia est vnicus contractus, secus si pretio distincto vendidisses. Item cum vnicus est contractus nequit iurito creditor soli debitum ex parte sed necessario integrale est solvendum, secus si contractus multiplicentur. Denique inquit Anton. Gomez. d. n. 15. Si ex mandato exequendi iudici certum salarium comperat, & sub vno mandato, & subscriptione plura debita contineantur, pro quolibet debito integrum salarium accipere poterit.

14 Secunda difficultas. An actio, & obligatio orta ex contractu puro transeat ad haeredes tum promittentis, tum promissarii? Certa resolutio est transe ad haeredes. Vt colligitur ex leg. haeres, & haereditas. ff. de vscapionibus. leg. in omne ius. ff. de acquir. haereditate. leg. 1. & §. seqq. Cod. de haereditar. actionibus. leg. si patrum. ff. de proactionibus. & alii. Ratio est, tum quia haeredes personam defuncti representant, ac proinde succedunt in eius iura, & obligationes. Tum quia contraheutes & sibi & haeredibus consulere intendunt. Quod adeo verum est, vt nisi in contractu expresseris ne actio & obligatio ad haeredes transmitteretur, ipso iure abique alia expressione transmitteretur. Transmitteritur autem actio & obligatio ad haeredes cum eiusdem qualitatibus, ac erat apud defunctum quia ex persona haereditum non immutat conditio actionis, & obligationis. Vt habetur leg. 2. §. ex his ff. de verbor. obligationibus.

15 An autem ex sola dictionis taxatiua appositione vel ex parte

Verd. de Castro. de iur. & iul.

creditoris, vel ex parte debitoris. Vt si dicas: ego tantum vel tibi tantum promitto centum, haec haeredum exclusio inducatur? Non est constans sententia. Nam Balus in leg. finali. Cod. de actionibus. empiri. num. 5. & Paul. de Castro in dicta leg. stipulatio. numer. 4. ff. de verborum obligat. & ibi Roman. numer. 7. censent adhuc haeredes non esse exclusos, quia illa dicitio taxatiua non ad excludendos haeredes, sed ad excludendos extraneos videtur apponi, fauetque textus in dicta leg. stipulatio, & leg. necessarias. §. de vendendo ff. de pignorat. act.

Sed rectius docuerunt contrarium Bartol. Paul. Angel. in leg. qui in futurum. §. fin. ff. de Pactis. Alexand. Iason, & alii quos refert, & sequitur, Anton. Gomez. dicto capite. 11. num. 1. eo quod illa dicitio taxatiua solum censenda est apposita ad exclusionem illorum qui per se veniunt ad successionem, non ad successionem eorum qui per se sunt exclusi, vt sunt extranei, esset enim appositio superflua, & inutilis Neque contrarium probat dicta lex stipulatio, quia ibi non apponitur dictio taxatiua, & licet in leg. §. necessarias apponatur, quia non apponitur ad contrahebentibus, sed a lege, mirum non est quod non excludantur haeredes, sed extranei.

17 Praedicta intelliges de actione, & obligatione circa rem transmissibilem ad haeredem. Secus vero si ex re transmissibile non sit, vt est vusufructus: nam eo casu mortuo usufructuario finitur actio & obligatio. §. finitur in fin. de usufructu. & leg. 3. §. fin. ff. quibus modis vusufructus amittitur. dicta leg. stipulatio. §. §. quis ita ff. de verborum obligationibus. Quod si velles eo casu ad haeredes actionem transmitti, oportet vt id exprimas, in qua expressione, & extensione verba stricte interpretanda sunt, vt potest quae rem a sua natura extrahat, ideoque si vis vt rem non solum ad primos haeredes, sed ad omnes in infinitum transmitteretur non satis erit si haeredes absolute nominas, quia tunc ad solos primos haeredes transmitteretur iuxta leg. antiquitas. Cod. de usufructu, sed oportet vt in concessione exprimas omnes haeredes ex d. l. g. stipulatio ista.

PUNCTUM VI.

De obligatione contractus in diem.

- 1 In diem certum, vel incertum institui contractus potest.
- 2 Ex contractu in diem certum statim obligatio nascitur.
- 3 Promissio in diem mortis censenda est promissio pura, & in diem certum.
- 4 Promissio, seu legatum ex usufructu, & aliis ad haeredes non transmittendis ante diem signatum neque actionem, nec obligationem inducit.
- 5 Explicatur de quo tempore promissio intelligenda est, cum in tempus certum exequenda remittitur.
- 6 Quid cum in tempus incertum.
- 7 Iudicium fertur de quadam restrictione a Doctoribus apposta.
- 8 Diuersi effectus oriuntur ex obligatione in tempus certum, vel in tempus incertum.
- 9 Si in diem certum debitor sit potest condemnari, vt soluas ante tempus signatum, tamen si tu exceptionem temporis opponere possis.
- 10 Secus si in diem incertum debitor sis.
- 10 In debitor ad diem certum adueniente die constitutus est in mora.
- 11 Si debet ad diem certum, potest ante diem soluere.
- 12 In quibus conueniat debitum ad diem certum, cum debito ad diem incertum.

Contractus inter viuos, & in vltima voluntate institui potest exequendus in diem certum, vel incertum. v. g. promittis, vel legas centum Titio in diem Paschatis, vel cum nauis ex India venerint.

Si promissio, seu legatum, fuerit in diem certum, confestim obligatio nascitur, quae ad haeredes tum creditoris tum debitoris transmittitur suspensa executione rei promissae, seu legata vsque ad tempus definitum. leg. si dies appositus. leg. si post diem. ff. quando dies legati cedat. leg. Sempronius in princ. ff. de usufructu legato. & leg. vnica. §. cum igitur. Cod. de caduc. tollendis.

Ob quam causam creditor, seu legatario competit actio petendi debitum, etiam antequam dies signatus adueniat, quia verum debitum est: quia eius executio non est debita ante illum diem exceptione repelli potest. leg. cedere diem. ff. de verborum significat. leg. stipulatio ista. §. inter incertum. leg. continuus. §. cum ita. leg. comestimus in princ. ff. de verborum obligationibus. leg. 1. §. cum dies. ff. de condit. & demonst. §. omnis in fin. de obligationibus. lege regia. 14. tit. 11. part. 5. & tradunt Glossa. Bart. Alberic. Angel. Salicet. & fere omnes, prout docet Anton. Gomez. 2. 1. variat. de iur. capite. 11. numer. 17. Mol. disputat. 201. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 4. cap. 4. numer. 1.

Anton. Gomez. aliis relatis dicto capite 11. numer. 21. vers.